Quelle: http://manuscripta.at/?ID=508
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



laceratorum / hoc opusculum ex di-
uersis collegi / existimans hoc vti-
le fore instructioni simplicium / ne
plures per illorum fraudes seducerent
Et iam seducti cognitis ipsorum er-
roribus / ad vnitatem ecclesie redire
festinent Consulo autem omnibus
non sufficienter exercitatis in scripturis
sacris / pro quibus presertim hec compilata
sunt / quod illorum malas persuasiones
nullatenus audiant / nec inermes pro-
cedant ad bellum Sed potius iux-
ta positum domini mandatum / ab eorum
communione omnino se separent / ne inuol-
uantur peccatis eorum Si qui tamen male
instructi adhuc illorum tenentur er-
roribus / aut dubitant Si vere in
hoc opusculo inspexerit / vtique in-
telligere poterit eos nullum habere
assercionis sue fundamentum / sed a fi-
de xpiana alienos existere Vt
autem vnicuique id quo magis indi-
get cicius occurrat / presens est opuscu-
lum in tres tractatulos diuisum In
quorum primo declarantur auctoritates sacre
scripture quas hussite allegauerunt
ad probandum communionis articulum
et soluuntur argumenta que ex eisdem
auctoritatibus induxerunt In secundo
ponuntur solutiones racionum quas ex
dictis doctorum multiplicant roborare
frustra conati sunt In tercio habentur
auctoritates raciones quibus euidenter
ipsorum error conuincitur In quibus mani-
feste ostenditur quod asserentes pertina-
citer communionem sub vtraque specie omnibus
fidelibus esse de necessitate salutis er-
rant / et nichil habent de xpiana fi-
de Porro omnes tractatus per capi-
tula sunt distincti / quibus premittitur
formula tocius operis per modum thematis (?)
vt quibus breuior declaracio sufficit
/ omnium dictorum summam cicius capere
et melius retinere possint Hoc autem
lectorem quemlibet / quod dum legit dicta sa-
cre scripture cordi bene fixum teneat
illud apostoli / littera occidit / spiritus autem
viuificat / quia si quis semper exponere
velit scripturam sacram et dicta doc-
torum secundum sensum qui in primo verborum
sono sonare videntur / faciet ipsam
sacram scripturam sibi pluries aduer-
sari / et vnum doctorem alii / et sibi
ipsi sepe contradicere Si quid autem in
presenti opusculo positum est / quod ali-
ter poni debuisset / totum arbitrio
melius sencientis vel sancte Romane
ecclesie committitur / que doctrix fidelium
mater est et magistra, paratus est semper
omnia huiusmodi ipsius emendare iudicio

## Capitulum primum de breuiori intelligencia tractatus primi

[N]ullus fidelis katholicus
dicit deum Joh vj° Nisi
manducaueritis etc ad alia
mandata xpi non fore seruanda
Sed katholici dicunt quod vltra eam (?)
melius intelligitur que sint mandata
xpi et qualiter sint seruanda quam
hussite

[D]upliciter dicitur caro xpi et sanguis
videlicet naturalis et mistica Et quod caro
et corpus xpi idem significant Et
duplex est manducacio carnis xpi
videlicet carnis naturalis seu vere et
carnis mistice Et quod neutra habet
veram et quodam (?) carnis manduca-
cionem corporalis / et quo sit intelli-
genda vtraque manducacio Et quod
vna dicitur sacramentalis Alia spiritua-
lis

[V]erba xpi Joh vj° Nisi man-
ducaueritis etc debet intelligi de
manducacione spirituali et hoc probatur